

congregavimus, vel ordineo, quas illuc esse videmini, . . . fero, navigia, sceu lacos, hubi aquimolos hedifficati fuerint, una cum piscationibus et avium captionibus suis, omnia et in omnibus in integrum et in completum, ubi et ubi eis pertinuerit; sed et vineas, qui sunt in litus Bovensis, quod ei pertinuit in loco . . . qui dicitur Iuncanicus, sceu et vineas, qui sunt in suprascriptis littus, quod ei pertinuit, qui fuerunt delobana cenibis Cogitane de Torcello, atque et vineas, quas dominus Agnelus dux, genitor meus, per documenti cartam [habuit]. Item vineas, quas ego per documenti cartam tenere visus sum de Dominico, filio quidem Iohanni tribuno cata Marcianico de Torcello, cum omnia ad se pertinente; aquimolas autem rotas duas, quas habere visus sum de Petro tribuno, genero quidem Rosaly tribuno. De eo autem . . . qui sunt [territorio] Polense, quas pertinuit Agathe, Dei ancile, vel quod ego per cartan illuc acquisivi vel acquirere visus fuero. Item de ornamento suprascripti monasterii, id est crucem auream maiores unam . . . , calicem argenteos tres, pathenas argenteas tres, turibulos argenteos tres, et alias turibulos ereos duos, coronas ereas viginti quinque, lucernas ereas tres, pallas vero altariorum . . . staure cene . . . [c]endato uno, pecia una circumdata auro et margaritis. Hec omnia, ut potuimus, Deo jubente, suprascripto monasterio donavimus. Ceterum, si voluntas amplius fuerit . . . , de laboratorio solidi in predicto monasterio beati Zacharie adiciemus per verbo oris nostri aut breve. Est enim omnis mea possessio consumata et abbreviata cum illas iamdicas ducentas libras, que in monasterio [donavi] cum speciebus et ornamentis et laboratoriis solidis, si salva de navigatione reversa fuerit, libras mille ducentas, de qua sexcentas reservavi dispensandum pro mea anima cuique per breve, ubi vel ubi conscripsero, et post meum quicquid remanserit obitum, comitto Felicitati, uxori mei, et Justo et Deusdedit presbiteris, qualiter servi Deum previderit, per medelam mee anime dispensare. Reliquas vero sexcentas libras cum eas duas centas, quas in monasterio datas habemus, relinquimus uxori et nurui mee, sicut supra diffinivimus. Servi vero et ancillas meas vollo,